

1. Cum tacent, clamant. 2. Littera scripta manet. 3. Incendium silvam delebat. 4. Testamentum scriptum valebit. 5. Litterae varias formas habent. 6. Privilegia vestra confirmamus et approbamus. 7. Curiam araturae in villa vicina possidebitis et tenebitis. 8. Litteras suas revocat et annullat. 9. Wenceslaus, vir providus, bona sua videlicet villam suam R. cum agris cultis et incultis amicis delegat. 10. Episcopus Diethmarus ecclesias consecrabat et populum baptizabat. 11. Rustici plebano suo decimas dare debebunt. 12. Ecclesiae in villa S. IV laneos in villa W. sitos libere donamus. 13. Multas villas locabant, novos laneos in silvis comparabant. 14. Singulis secundis feriis missam pro defunctis cantabunt. 15. Rustici in nostra villa incendium timent. 16. Habent sua fata libelli. 17. Medicus curat, natura sanat. 18. Multa nocent. 19. Oculos habent et non videbunt. 20. Ora et labora. 21. Surdo narras fabulam. 22. Multos timere debet, quem multi timent.